

Letter 81: January/February 1521, [Worms], Albert of Brandenburg to the Archbishop of Capua

The manuscript of Albert's letter, drafted by Capito, is in the city archive of Strasbourg, AST 40, page 4 of # 36, fol. 565.

Reverende in Christo pater et amice charissime, gratum obsequendi affectum. Gratulor P.V. Reverendissimo de consecuto archiepiscopatu Capuensi, qui ut optime merito adiectus est, ita S.D. clementem voluntatem erga suos propalam declarat. Habeo deinde gratiam quod se eadem P.V.R. toties rebus meis offert, imo quod utiliter adest, sancteque polliceor quod mutuum fert; quicquid impenderit diligentia rebus meis, ubinamque locorum nactus fuero, occasionem vicissim P^{ti}.V.R. gratificabor. Commendo itaque, P.V. Reverendissime, negotia illa quae cum eo confert Valentinus de Teteleben, tanquam cum nostro singulari amico; eadem opera V.P.R. argumentum offerturus [?] latius nos demerendi et nostris causis comparamus diligentem et fidedignum patronum.¹

10 R. H. Sancti Petri ad vincula.

¹ Cancelled: Datum Wormatie.